Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26144
Copyright: Admont, Benediktinerstift



142

Ta[illegible]lis est autem uirtus ut apud illos qui eam non sec
tantur: habeatur in admiratione. Et enim forni
cator laudat pudicum. Auarus accusat tenacitatem. et
iracundus admiratur patientem. et culpat pusillanimi
tatem. luxuriosus luxuriam. Quomodo iusta gerit. dicit ali
quis: quia ni iudicat bonum esse. earnegligentia multa
alias non erubesceret. ni se commisisse negaret cum accusat
ab alio. Plurimi autem occupati confusione non ferentes la
queo se suspenderunt. Tantum nobis in est bonum honestiq;
testimonium. sic honesta clariora sunt etiam sole. contraria
horum deformia. Peregrini inquit hospites erant sem. Qua
lis quali modo. Vbi autem confitetur abraham quod peregrinus
et hospes sit. fortassis enim etiam ipsum hoc confessum esse re
piem. Confessus tamen est dauid. quia peregrinus sum inquit
sicut omnes patres mei. Qui enim in tabernaculis habitabant.
qui sepulchra pecuniis comparabant. certum quoniam peregrini
erant. ut etiam nec ubi sepelirent suos haberent. Quod
igitur. Nunquid terre quae in palestina et dicebant se peregri
nos esse. Nequaquam. sed totius mundi. Et merito. nichil quip
pe despiciebant in eo ex quo uolebant. sed omnia peregrina et
aliena. ipsi quippe uirtutem colere desiderabant. In hoc
autem mundo. erat iniquitas multa et peregrina eis erant omnia.
nullum amicum. nullum familiarem habebant preter paucos.
Quomodo inquit peregrini erant. Non erat diligentia ex er
ca ea quae huius mundi sit. et hoc uerbis non solum sed etiam
rebus ipsis et operibus demonstrabant. Quomodo dicit dns abrahe